(Essendia) urbs est in Westphalia.
Adolphus ab Essen, natus an. 135.? ex nobili prosapia, in Universitate Coloniensi studiis philosophicis, theologicis
et juris canonici magno cum profectu incubuit. Anno 1398 factus est novitius Cart. Treverensis, ubi multis claruit vir-
tutibus. Ibidem Priorem egit annis 1409-1415. D. Dominicum Eloinum ad Ordinem recepit an. 1409, et cum eo atque aliis
nonnullis Monachis et fratribus conversis iniit novam plantationem Cartusiae Rivuli B. M. V. prope Sierck, an. 1415; e qua Domo ~~...~~
~~praedicto D. Dominico~~ discessit ac ad Cart. Treverensem rediit an. 1421 (alibi 1431) cum titulo Vicarii. Monachi O. S. B.
Treverenses bis illum in Abbatem suum postulaverunt, sed ipse firmiter dignitatem hanc recusavit. Attamen coactus est fieri so-
cius nostri D. Joannis Rode Abbatis O. S. B. in visitatione coenobiorum suae reformatae Congregationis. Anno 1433 missus fuit
ad Domum Monichusen, et an. 1434 ad Domum Leodiensem, propter dissidium exortum inter se et priorem suum Treverensem
ob schisma cleri et populi Coloniensis natum in conflictu duorum clericorum, qui ad sedem archiepiscopalem simul aspirabant.
An. 1437, sedato schismate et domestico Cart. Trev. dissidio, D. Adolphus reversus est ad domum suam et iterum officium Vica-
rii explevit. Obiit ex peste 4a Junii 1439, et unus fuit ex octo Cartusianis Trev. qui ex eadem peste ibi eodem anno decesserunt.
Cum fama sanctitatis migravit D. Adolphus ad Dominum. Quo mortuo, in ejus cella inventa sunt nonnulla scripta sua, in quibus se-
dulo retulerat visiones et alia divina charismata quae acceperat. De visione, quam habuit de Rosario, scripsi in art. Domi-
nicus Eloinus. Vixit in Ordine 40 annis et amplius.

Vitam brevem D. Adolphi scripsit D. Modestus Leidecker in Annalibus Cart. Treverensis, ubi se excusat quod tam
pauca de tanto Patre referat, cum potuisset scribere magnum volumen, sed tempus scribendi ei deficiebat.

Scripsit D. Adolphus visionem de Rosario quam habuit in suo tractatu ms. cui titulum hunc praefixit: De nobilitate,
utilitate et fructuositate Rosarii beatae et gloriosae Virginis Mariae, qui modo asservatur in publica bibliotheca
Moguntina. In quo libello D. Adolphus scripsit articulos nonnullos de vita D. N. J. C. et B. M. V. meditandos in recitatione
Rosarii, qui nonnihil differunt ab articulis exaratis a suo alumno D. Dominico Eloino, et Rosarium D. Adolphi vocati fuerunt.

Opusculum D. Adolphi „De commendatione Rosarii„ videtur esse aliud ac praenotatum. Creditur illud duas partes
complexum, nempe: 1° Virtutes et charismata cujusdam monachi O. S. B.; 2° Vitam B. Margaritae Ducissae etc. ←

4. Cf. Hartzheim. Cpt. 2. 464.

[illegible] 1147 HC1 Adolphus ~~de~~ de Essendia, seu de Assindia. Coloniensis?

Vicarius Cartusiae Sancti Albani prope Treverim, et prior ejusdem 1409-1415 necnon Protorector ~~[illegible]~~ Domus ~~[illegible]~~ Rivuli 1415-21 ~~[illegible]~~ B. M. vulgo Marienfloss 1415-21, quam post mortem ejus ~~[illegible]~~, scilicet circa 1437, Patres nostri reliquerunt ut transmigrarent ad abbatiam Rutilensem olim eis donatam a Beata Margarita, Lotharingiae Ducissa anno 1434, cui D. Adolphus a confessionibus fuerat. ~~[illegible]~~ Annus obitus D. Adolphi est 1439, juxta D. Nabantino, 4a Junii (ait Charta 1451) ~~et die 10a Julii~~.

Vir fuit pius, doctus et sanctus.

Obiit die 4a Junii 1439, in Domo Treverensi, Vicarium agens anniv. perp. p. t. O. Tric. p. t. O. (Ex Chart. 1440 et 1451).

Scripta ejus.

Ut supralaudatam Ducissam ad ~~[illegible]~~ perfectionem eveheret nonnulli ex sequentibus scripsit opuscula.

Adolphus ab Essendia.

Forte haec duo opuscula sub uno, qui sequitur, titulo eadem sunt ac libellus notatus a + ~~D. Nabar~~ ... tino hisce verbis: + D. Le Couteulx, t. VII, p. 360-361.

Edidit libellum ~~inscriptum: De~~ ab amoenis hortorum rosariis ducta metaphora, quo Christus ejusque Matris Sanctissimae res olim in terris gestas complexus est.

Vita B. Margaritae Bavarae. Idem, p. 361.

Vita sanctae memoriae D. Margaretae Ducissae Lotharingiae descripta a Ven. P. Adolpho, Priore Cartusiae Trevirensis, ipsius familiaris. (Reperitur Coloniae, in tom. XIV, p. 389-420 collectionis clariss. viror. fratrum Gelenius, cui titulus: Farragines litterariae.

Idem D. Adolphus aliam scripsit notitiam Vitae cujusdam monachi O. S. Ben. abbatiae „Gorze" prope Metas, valde SS. Rosarii B.V.M. devoti. Fortassis haec notitia reperiebatur in libello: De commendatione Rosarii.

De D. Adolpho et de ejus zelo in propagatione Rosarii egit Rmus P. Thomas Esser O.P., uti adnotatum est in notitia D. Dominici Elsini. cf. t. 2. etc.

Eadem opuscula, quae tribui D. Adolpho, ei pariter adscribuntur a cl. v. Hontheim, in Hist. Trevir. Diplom.

J. M. Curicque: Essai historique sur la vie de la b.se princesse Marguerite de Bavière, palatine du Rhin, fille de l'empereur Robert III, épouse de Charles II, duc de Lorraine (1393), morte à Sierck en odeur de sainteté, le 27 août 1434. Metz, 1859, 8°. 64 p. — Notice historique sur la b.se pr. M. de B., Duchesse de L. (1373-1434), Metz, 1862, 12°. 40 p.

De Adolpho, praeter scriptores notatos p. 7 vel supra p. 4, apud Chevalier, Rép. Bio-Bibl., col. 26, egerunt: Begin, Biogr. Moselle (1832), I 250-1: — Calmet, Bibl. Lorraine (1751), 20-1: Hartzheim, cf. p. 4. —

3

Adolphus ab Essendia.

1. De commendatione Rosarii. Opus primo latine exaratum, postea ad usum B. Margaritae ab ipsomet auctore germanicis auribus accommodatum.
2. Vita Servatoris nostri seu Meditationes in vitam D. N. J. C. ex magno opere Ludolphi Cartusiani excerptae ad usum ejusdem Beatae. (ci-contre)
3. Exercitium de triplici meditatione.
4. De exercitio remissionis peccatorum.

Haec opuscula, seculo praeterito, adservabantur in Bibl. Cartusiae Coloniensis, ex qua forte per apographa ad alias Domos pervenerent, ut videtur constare ex similibus titulis infra subnexis.

5. Vita B. Margaritae, Lotharingiae Ducissae. Opus nuper inventum a D. Guricque, sacerdote, qui anno 1863 scribens ad Majorem Cartusiam dicebat se illam typis mandaturum in appendice ad vitam ejusdem Principissae vernacula lingua a se compositam et taliter inscriptam:

ci-contre Notice historique sur la Bienheureuse Princesse Palatine, Marguerite de Bavière, duchesse de Lorraine (1373-1434). Metz, typogr. de Rousseau-Pellez, 1864. (La Bienheureuse...... – (Dans les Petits Bollandistes de Mgr Guérin, au 27 août. t. 8e, 6e édit. Paris, Palmé, 1868, p. 616-627.) Se trouve aussi dans l'édit. de 1866, t. 8e, p. 616-627.

Nonnulla excerpta hujusce Vitae ab Adolpho exaratae leguntur in alia Vita ejusdem Beatae quam R. P. Rader, S. J. edidit in tomo tertio suae Bavariae Sanctae.

Tituli quorumdam Opusculorum ex Cartusia Buxiae provenientium qui propter similitudinem inscriptionis dubium ingerunt ne sint apographa aut versiones operum V. P. D. Adolphi ab Essendia.

1. Rosarium B. M. compositum per quemdam Cartusianum. Erat adnexum ad quoddam Breviarium Cartusiense XVI seculo exscriptum. Cf. Bibliotheca Cartusiana Ludovici Rosenthal, monacensis bibliopolae, 1884, p. 11. n. 146.
Rosarium gloriosiss. V. M. anno 1498 exscriptum. Cf. Bibl. Catholico-Theologica decima ab eodem bibliopola edita, p. 239, n. 3791.+ in 16, 117 folia.

Adolphus ab Essendia.

Rosenkrantz unser lieb. frowen. (De Rosario B.V.M.) Hoc opusculum denuntiatur in Catalogo Bibl. Cartusiae Buxiae edito a Carolo Förster, Monachii, 1883, p. 138, n. 2587, cum aliis libellis quorum tituli latine interpretantur: 1° Quaedam de Ordine Cartus.; 2° De Rosario B.V.M.; 3° Preces pro matutinis; 4° Via ad perfectionem; 5° Discussio conscientiae. — Codex mss. XV sec. in-12; 157 fol.

2° Geistliche Betrachtungen. Hie vachet an das Leben Jhesu Christi: hoc est, Meditationes spirituales super vita Jesu Christi. — Catal. Buxiae, p. 135, n. 2520, Codex XV sec. 4°, 154 foliis.

Geheimnisse d. Lebens u. Leid. d. Herrn. Betr. u. Gebete: hoc est, Mysteria vitae et passionis Domini; meditationes et precationes. — Idem Catal. p. 135, n. 2514, Codex XV sec. 16°, 137 ff.

Geistliche Betrachtungen vom Leiden Christi, dem Wittwenstand etc; hoc est, Meditationes spirituales super Christi Passione dicatae viduis. — Idem Catal. p. 135, n. 2515. Codex XV sec. in-4°, 165 ff.

3° Geistliche Lieder weiser Meister, vollendet 1437: hoc est, Lectiones spirituales ex doctis magistris collectae, anno 1437. — Idem Catal. p. 135, n. 2521. Codex in 4°, 183 ff.

4° Kurtze lere und underwysung, wie od. wan mit sic. d. Mensch sol schicken zu seiner höchsten volkomenheit, hoc est, Brevis instructio seu lectio de modo quo homo se debeat subjicere (Superioribus?) pro adipiscenda perfectione. — Idem Catal. p. 139, n. 2590. Codex XV sec. in 8° 199 ff.

5° Ain kurtze nutze underweyssung. u. d. betrachten u. himmelspehen; hoc est, Brevis instructio de meditatione et orationibus jaculatoriis, adjectis quibusdam meditationibus et precationibus. —

Adolphus ab Essendia.

Idem Catal. p. 139. n. 2591. Codex XV sec. in 12°, 149 ff.

De Adolpho mentionem fecerunt D. Le Vasseur in Ephem. ad diem 10 Julii, Browerus in Annalib. Trevirens. ad an. 1404. Rader in tomo supra allegato Bavariae sanctae, Curiusque in Compendio Vitae B.ae Margaritae apud Guérin, „Les Petits Bollandistes, 27 aug. t. 8, 6ae edit., Berseaux, „L'Ordre des Chartreux et la Chart. de Bosserville, etc. etc.